



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

289. De pœnitentibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De confessione & pœnitentia.

Burchard. lib.
19. c. 2.

CCLXXXVIII. Presbyteri debent admonere plebem sibi subiectam ut omnis qui se sentit mortifero peccati vulnere sauciatum, feria quarta ante quadragesimam cum omni festinatione recurat ad vivificantem matrem Ecclesiam, ubi quod malè commisit cum omni humilitate & contritione cordis simpliciter confessus suscipiat remedia pœnitentiæ secundum modum canonicis auctoritatibus præfixum, tradaturque Satanæ in interitu carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini. Non solum autem ille qui mortale aliquod commisit, sed etiam omnis homo quicumque se recognoscit immaculatam Christi tunicam, quam in baptismo accepit, peccati macula polluisse, ad proprium sacerdotem venire festinet, & cum

* Burchard.
puritate

* purificatione mentis omnes transgressiones omniâque peccata, quibus Dei offensam se incurrisse meminit, humiliter confiteatur, & quicquid ei à sacerdote fuerit injunctum, ac si ab ipso omnipotentis Dei ore esset prolatum, ita diligenter intendat & cautissimè observet.

De pœnitentibus. *Ex Concilio Africano.*

Concil. Carthag. 3. c. 32.
Lib. 5. Capitular. c. 53.
Burchard. lib. 19. c. 40.

CCLXXXIX. Cujuscunque pœnitentis publicum & vulgatum crimen est, quod universam Ecclesiam commoverit, ante absolutionem manus ei imponatur.

De eadem re. *Ex Concilio Agathensi.*

Conc. Agath. c. 159

CCXC. Pœnitentes, tempore quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum &